



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XXIX. Quo sensu Christum dixerit etiam nunc lugere peccata nostra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A iste ergo qui negauit morti, iam non est homo, sed Deus est. Dixi sententiam hanc prioris illius esse affinem; nam si peruersum revera habuisset Origenes corpus suum in Sole Christum depositum, consecrarium erat eum quoque humanitate exutum arbitari. Similis propemodum fuisse fertur Marcelli Ancyranus doctrinam futurum credentis, ut carnem post resurrectionem Christus abjeceret, ac homo proinde & rex esse desineret. At alia fuit Origenis ratiocinatio, nam neque Christum a suo corpore se junctum esse putavit (de triduo jam non loquit, quo in sepulcro mortuum ipsius corpus jacuit) ut demonstravimus, & eum jam hominem idcirco esse negat, quia quisquis morti non subjaceret, neutiquam hominem esse censeret. In quo quamquam circa hominis nomen quæstio versetur, cum de re constet, satendum nihilominus temerariam esse vocem hanc, ideoque repudiandam.

B XXIX. Celebris est Bernardi adversus Origenem querela, in Sermoni qui inscribitur, De verbis Origenis, in quo graviter eum incensit, quod Homil. 7. in Leviticum. Christum dixerit etiam nunc lugere peccata nostra; Christum quippe dum viveret, ejusmodi affectionibus fuisse obnoxium, sed postquam cœlo successit, jam non dolore tangi; gaudentibus quidem adgaudere, sed cum moerentibus non mœrere; quamvis efficaciem pro delinquentibus habeat affectum, quam qui pro flentibus flent, aut animam ponunt: idemque de Beatis esse sentiendum. Respondebat Genebrardus, pio sensu id ab Origeni dictum frustra a Bernardo reprehendi; cum Paulus ipse Rom. 8. 26. dixerit spiritum postulare pro nobis geminius inenarrabilibus. At parum mihi probatur haec responsio, nam Christum pro peccatis vero doloris sensu torqueri voluit Origenes, & aperte ac iterato affirmavit. Tale

C autem quippiam perfundere Spiritum sanctum minime Paulum intellectibile puto; nec certe putant Interpretes. Si locum exponit ipse Origenes libr. 7. in Epist. ad Rom. Sanctus Spiritus ubi oppugnationibus carnis perturbari nostrum spiritum viderit, & ne clementem quid orate debet secundum quod oportet, ipse velut magister orationem premittit, quam nos esset spiritus: si tamen dipulus esse sancti spiritus desideras, prosequitur: ipse geminius offert, quibus noster spiritus dicat ingemiscere, ut repropiet sibi Deum. Confirmat hanc expositionem illud Pauli Gal. 4. 6. Quoniam autem filius filii, misit Deus spiritum filii in corda vestra, clamans, Abba, pater; & aliud simile Rom. 8. 15. Nihilo magis arridet Sixti Senensis excusatio, Origenis verba ita accipientis; etenim Christum lugere peccata nostra, quatenus in membris suis peccata nostra loget, dum electi libri. 5. Bibl. suis fleant & compositionem alieni iniquitatis infundit. Ad Christum, non ad Christi membra

D pertinere sententiam Origenis haec ipsius verba ostendunt Hom. 7. in Levit. Salvator meus luget etiam nunc peccata mea. Salvator meus latari non potest, donec ego in iniquitate permane. Quare non potest? quia ipse est advocatus pro peccatis nostris apud Patrem, sicut Iohannes I. 2. ipius pronuntiat dicens: Quia eis quis peccaverit, aдвocatum habemus apud Patrem Iesum Christum justum, & ipse est reproprietatus pro peccatis nostris. Quæ non aliter sane quam de Christo possunt intelligi. Merito ergo hic accusatum a Bernardo Origenem candide fateamur.

E XXX. Videndum nunc est an Christi regnum post resurrectionem defitum senserit. Id quidem criminis dat ipse Theophilus Alexandrinus Pasch. 2. dat & Epiphanius in Anacephalaosi. Augustinus in libro contra Priscillianistas & Origenistas id ipsum, ut ab Origenista assertum, impugnat cap. 7. Quod cum in Comminitorio Orosii, cui hoc libello respondebat Augustinus, inter alias adversus Origenistas criminationes hodie non extet, aliqua sui parte multatum esse conjecterim. Iustinianus quoque in Epistola ad Quintam Synodum, quam referat Cedrenus, futuram rerum omnium ἀποτελεσματι. Origenistis obiciens, arbitram eos ait, sors ut impij libet cum Deo conjungantur, eodem modo quo ipsi conjugantur Christus, ita ut prius conjuncti erant, αἱ μηδικαὶ τῇ θεῷ σέργεται τὰ λοιπά παπτλάς, εἴ τι οὐσία, εἴ τι γνώση, εἴ τι δύναμι, εἴ τι ἐνέργεια. Adeo ut nulla re differat Christus a reliquis ratione preditis, neque substantia, neque cognitio, neque virtute, neque operatione. Iactant hoc idem adversus Origenem & Origenistas Sophronius Hierosolymitanus Episcopus in Epistola ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, & Anonymus ille Photij Cod. 117. & Iohannes Damascenus in libr. de Hæret. & Zonaras libr. 2.

F Histor. & Guido Carmelita, in Hæreti Origenistarum.

Idem fuit post Origenem Marcelli Ancyranus, ejusque discipuli Photini error; qui ut humanitatem relictum a Christo ac depositum iri, ac regnum proinde quod ad Christum qua homo est pertinet, dimittendum ab eo sentiebant; ita Origeni, post attributam descendendam olim a Christo carnis sententiam, ut supra diximus, nunc altera quoque illi confessaria, abiiciendi aliquando ab eodem regni adscribitur. Quanquam non nihil utriusque discrepat causa; nam regia potestate humanitati sua conjuncta exutum iri Christum sentiebat Marcellus; Origenem vero regnum, quo tamquam Deus potitur, abdicaturum eum censuisse Theophilus creditit, quemadmodum ex ejus confutatione liquet, in qua Patris & Filii unitatem probat. Quia quanam atrocior accusatio intendi potest? Si putasse dixisset Origenem regio dominatu, quo Christi humanitas prædicta est, privatum iri post re-

*Ad. 11 Sy.
Nov. 6.*